Primus modus eſt talis. Titius legauit filioſa. ſeij minoꝛi. xiiij. annoꝛum cum is filius in ſuam tutelam peruenerit centum: ⁊ dicitur ꝙ poteſt capere legatarius legatum cum erit pubes. i. maioꝛ. xiiij. annoꝛum ⁊ non expectatur ꝙ fiat ſui iuris: niſi in caſu veluti: Titia habens filiuꝫ ſiue minoꝛem ſiue maioꝛem. xiiij. annis ex marito ſuo cuius vitaꝫ ſuſpectam habebat: ⁊ legauit ei filio centuꝫ cum in ſuā tutelam peruenerit: nam tunc non ſolum expectatur pubertas / ſed etiam ꝙ fiat ſui iuris. Secundus modus q icipit ibi: ꝙ ſi quis ⁊c. eſt talis. Lego titio impuberi cū ſue tutele fuerit quo caſu de pubertate intelligit: quādoqꝫ intelligitur de. xxv. annis. veluti ſi puberi ita legatum ſit. ſi autem furioſo vel prodigo ita legatum ſit tunc intelligitur ei legatum cum liberabitur tutela ⁊ cura. ſi autem puberi vel maioꝛi. xxv. an. ita legetur intelligitur ei legatum cū erit ſue poteſtatis. Tertius modus qui eſt ibi. ſi aūt ⁊c. eſt talis. Lego titio cuꝫ ſui iuris fuerit factus; que ſcriptura ita varia eſt et ita habet voluntatis q̄ſtionem ſicut ſuperioꝛes: nā quandoqꝫ continet liberationem poteſtatis: puta in caſu qui dictus eſt. ſ̄. e. l. §. ceterum. ⁊. §. naꝫ ⁊ ſi. quandoqꝫ ꝯtinet pubertateꝫ. vt in ſecūdo rñ. huius. l. quādoqꝫ continet. xxv. annū vt in caſu qui eſt. ſ̄. e. l. §. interduꝫ. Quartus modus qui eſt in. §. eodem ⁊c. eſt talis. Lego titio minoꝛi. xxv. an. et maioꝛi. xiiij. centū cum ad pubertateꝫ peruenerit: quo caſu intelligitur ei legatū cuꝫ habuerit. xxv. an. Quintus modus qui eſt in. §. idemqꝫ ⁊c. eſt talis. Lego titio cum ſue etatis vel legitime etatis factus fuerit quo caſu intelligitur ei legatuꝫ quandoqꝫ cū fuerit pubes quandoqꝫ cum habuerit. xxv. an. vt. ſ̄. in alijs dictum eſt. Et idem eſt in ſexto modo: lego titio cum iuſte etatis factus erit; vel cuꝫ mature etatis erit; vel cū adoleuerit. Quid ſi filiefami. ita legatum ſit. lego titie cum in ſuā tutelam peruenerit; tūc certe debebitur cum habuerit. xij. annos. hoc dicit cū. l. ſeq. Uiuia.

a ¶ Sed vt pubes. ſic inſti. de pupil. ſubſti. in prin. Accur.
b ¶ Impuberi leget. ſcꝫ ſic cum in ſuam tutelam venerit. R. ⁊ facit. ī. ad trebel. l. mulier. circa princi.
c ¶ De eo. ſolo.
d ¶ Pubes fuerit. cui predicto modo legatur. Rog.
e ¶ Multo magis. quia hic non cogitauit de pubertate.
f ¶ Annis legauit. illis verbis cū in ſuam tutelam venerit.
g ¶ Curatoꝛem dedit. vt mentecapte aut luxurioſe viuenti mulieri. vt. ſ̄. de cura. furio. l. antepenul.
h ¶ Ita ſit legatū. illis verbis cum in ſuā tutelā venerit.
i ¶ Tutele. ſi furioſus eſt impubes datur ei tutoꝛ. vt. ſ̄. de tute. l. q hꝫ. ſꝫ adulto eo facto datur curatoꝛ: opoꝛtet ergo ab vtroqꝫ liberatum vt capiat relictū. ſic. ſ. cū in ſuā tutelā ꝑuenerit. qḋ erit etiā poſt. xxv. annos. vt inſti. de cur. §. furioſi. videlicet qñ furioſus ſanā mentē vel ſanos moꝛes recuperat prodigus. vt. ſ̄. de cura. fu. l. i.
k ¶ Si puberi. ſcꝫ filiofami.
l ¶ Ita ſit legatū. ſcꝫ cū in ſuā tutelā venerit.
m ¶ Senſiſſe. ad hoc. ſ̄. ea. l. in ꝑn. Et no. ex hac. l. ⁊ inferioꝛe prima hꝫ R. ꝙ vox hec. ī. hec ꝓpoſitio cū in ſuā tutelā ꝑuenerit quis: nūc pubertatem: ⁊ hoc plerūqꝫ ſcꝫ quotiēs teſtatoꝛē ſecus ſenſiſſe non liqueat; nūc ꝓpriā poteſtatē vt cū filioſa. puberi vel maioꝛi. xxv. annis ſic legat: nūc vtrūqꝫ vt cū mater patrē odiens impuberi filiofami. ſic legauerit. quod ⁊ in ſimilibꝰ dici pōt: nūc. xxv. annis clauditur. vt in adulto patrefami. nūc etiā vltra extenditur vt in furioſo ⁊ filiofami. ⁊ ſimilibus.
n ¶ Hec ſcriptura. i. cum in ſuam tutelam venerit.
o ¶ Ut. id eſt ſicut.
p ¶ Factus. ſcilicet titio do lego.

ſentiendum eſt quod ſabinus ait: vt non fiat paterfamil. ſed vt pubes[a]: ceterum ſi mater que ſuſpectam habuit mariti a quo diuerterat vitam filio ſuo ꝙuis impuberi leget[b] non videtur ſenſiſſe de eo[c] tempoꝛe quo impubes eſt: ſed de eo quo et pubes et paterfami. eſſet. nam et ſi pubes fuerit[d] multo magis[e] dicemus de patrefami. eam ſenſiſſe: ac ſi dixiſſet in ſuam tutelam et in ſuam poteſtatem peruenerit. Qꝫ ſi quis patrifami. impuberi leget: cum ſue tutele ſit de pubertate ſenſit. Interdum et de. xxv. annis ſi mens teſtantis apparet. nam ſi iam puberi minoꝛi tamen. xxv. annis legauit[f]: procul dubio anni. xxv. erunt preſtituti. ¶ Item ſi furioſo vel prodigo: vel ei cui pretoꝛ ex cauſa curatoꝛem[g] dedit ita ſit legatum[h]: puto et de eo ſenſiſſe caſu quo cure ⁊ tutele[i] liberetur. Ex his apparet huiuſmodi voluntatis queſtionem ſabinum interpretatum: et vtiqꝫ non dubitaret ſi puberi[k] / et multo magis maioꝛi. xxv. annis ita ſit legatum[l] de ſua poteſtate teſtatoꝛeꝫ ſenſiſſe[m]. ¶ Si autem ſcriptura[n] hec varia eſt ⁊ voluntatis habet queſtionem vt[o] et illa quoqꝫ ſi quis ita ſcripſerit cuꝫ ſui iuris fuerit factus[p]. Nam aliter al'as accipitur: et plerunqꝫ[q] poteſtas liberationem continet: plerunqꝫ pubertatem[r] vel. xxv. annum[s]. Ego quidem et ſi quis iam puberi[t] minoꝛi tamen. xxv. annis ſic legauerit cum ad pubertatem peruenerit: puto de ea etate[v] cum ſenſiſſe que caret in integrum reſtitutione. ¶ Idemqꝫ eſt et ſi quis cum ſue etatis fuerit factus: vel legitime etatis vtrum de pubertate an de. xxv. annis ſenſiſſet: diſputari de voluntate[x] poteſt: non minus ꝙ ſi ita ſcripſerit cum iuſte etatis ſit factus: vel cum mature etatis ſit: vel cuꝫ adoleuerit.

Paulus. Lex. xlix.

Si filiefami.[y] ita legatuꝫ ſit cum in tutelā ſuaꝫ peruenerit: tunc debebitur cuꝫ viripotēs[z] facta fuerit.

☞ Appellatione libroꝛum continentur omnia volumina in quacūqꝫ materia ſcripta. Bartolus.

Ulpianus. Lex. l.

Librorū appellatione cōtinent oia volumina † ſiue i charta[a] ſiue i membrana[b] ſint: ſiue in q̄uis alia materia: ſꝫ ⁊ ſi in ſiliria: aut vitilitia[c] vt nōnulli cōficiunt: aut in quo alio coꝛio: idem

q ¶ Plerūqꝫ poteſtas. ſ. quotiens ſeruo vel filioſa. ſic legatur.
r ¶ Pubertatē. ſ. cū patrifa. impuberi ſic fuit legatum.
s ¶ xxv. an. ſcꝫ cū puberi patrifa. ſic eſt relictum.
t ¶ Iam puberi minoꝛi. ſcꝫ patrifami.
v ¶ De ea etate. ſcꝫ ſola. ſcꝫ. xxv. an. nō auteꝫ hic ſufficeret etatis venia. vt. C. de his qui ve. eta. impe. l. ſi.
x ¶ De voluntate poteſt. in dubio de. xxv. an. intelligitur. vt. C. de his qui ve. eta. ipe. l. ſi. ⁊ qñ di. le ga. ce. l. ex his. ⁊. ī. de cōdi. ⁊ demon. l. ſi.
y ¶ Si filiefamil. impuberi.
z ¶ Uiripotens. i. cū. xij. an. habebit. vt. ſ̄. l. pri. in ꝑn. nam tunc pati poteſt virum. vt inſtitu. de nup. in princi. ⁊. ī. qñ di. leg. ce. l. qḋ pupille.

Librorum. ¶ Caſus. Legaui Titio libꝛos meos: certe continebunꝛ in legato omnia volumina quibus pro libꝛis ego vtabar ſiue ſint illa volumina in charta ſiue in quacūqꝫ alia materia. Sed pone ꝙ legaui tibi. c. libꝛos: certe nō continebunꝛ in legato. c. volumina libꝛorū; nō auteꝫ cōputabimꝰ quēlibet libꝛum q eſt in vno volumine ꝓ vno libꝛo: et ponit exempluꝫ in homero q hꝫ in ſe. xlviij. libꝛos. nō autē dꝫ cōputari niſi pro vno libꝛo. Sed qd ſi legaui tibi coꝛpꝰ homeri qui habet i ſe. xlviij. libꝛos vt dictum eſt: ⁊ nō habeo de eo niſi. xxiiij. libꝛos: certe non debebūtur tibi niſi. xxiiij. libꝛi. Sed nūquid appellatione libꝛoꝛum continebuntur bibliothece vel alia in quibus ſcripta reponunꝛ: nec etiam mēbꝛane pure. id eſt non ſcripte nec charte pure ſiliter. nec ecōtra chartis legatis debebuntur libꝛi niſi in vno caſu: puta cum aliquis ſtudioſus non habens niſi libꝛos legauit alij ſtudioſo vniuerſas chartas ſuas: tunc enim bene cōtinebunꝛ libꝛi appellatione chartarum: quia talis videtur fuiſſe teſtantis voluntas. Sed pone ꝙ legaui tibi chartas meas puras: certe nō cōtinebuntur mēbꝛane nec alie materie in quibus ſcribi ſolet: nec libꝛi qui ſunt incepti ſcribi. Sed et ſi libꝛos meos tibi legaui non continebūtur libꝛi qui ſunt incepti ſcribi: ſicut nec continetur veſtis appellatione veſtis nondum detexte: ſed bene continebuntur appellatione libꝛoꝛum libꝛi completi ꝙuis non ſint in aſſeribus ligati / vel conglutinati / vel emendati. Item continebuntur membꝛane ſcripte ꝙuis nō ſint ſimul ſute. Sꝫ qd ſi legaui tibi chartas: certe non continebiꝛ materia parata ad faciendū chartas. ¶ Sed ⁊ ſi bibliothecam. Legaui tibi bibliothecam meam: queritur nūquid cōtineaꝛ legato armariū tm̄: an vero etiā libꝛi qui reponuntur in bibliotheca vel armario: Et dicitur ꝙ illud cōtinebitur qḋ teſtatoꝛ ſenſerit. ſi autem non appareat volūtas teſtatoꝛis nō cōtineꝛ niſi illud armariū qḋ eſt affixum ſolo: q: armariū qḋ eſt affixū ſolo diciꝛ bibliotheca: ſed pꝛopꝛie armariū dicitur illud quod nō eſt affixū ſolo. ⁊ large dꝛ armariū etiam bibliotheca. Item diciꝛ largiſſime bibliotheca ipſi libꝛi: quia igitur appellatione bibliothece continetur illud qḋ teſtatoꝛ vult ita vt etiā libꝛi cōtineātur ſi teſtatoꝛ voluit / vt dictū eſt: nō eſt per oīa verū illud qḋ ſabinꝰ ſcribit. ſ̄. e. l. §. libꝛis. ſ. ꝙ libꝛis legatis non continenꝛ bibliothece. nā libꝛis legatis etiā armaria debētur ſi teſtatoꝛ voluit: dū tamen dicta armaria non ſunt affixa ſolo. nā eo caſu nō debebunꝛ: quod autem dictū eſt in bibliotheca libꝛorū habet locū etiā in dactiliotheca anuloꝛum. nā dactiliotheca legata continentur etiā anuli qui ſunt in ea ſi teſtatoꝛ voluit. quedā tamen ſunt q̄ omni modo legatū ſequuntur. nā legato lecto cōtinentur etiā fulcra: ⁊ armarijs legatis ⁊ vinculis ferreis in quibus mittunꝛ homines capti continētur clauſtra ⁊ claues. Uiuianus.

a ¶ Charta. de bombice.
b ¶ Membꝛana. de membꝛis animalium.
c ¶ Uitilitia. coꝛia ſunt quoꝛūdā animalium. vt ſtatim patet cum dicit. in quolibet ⁊c. ⁊ ſemper dic ſi pro libꝛis paterfami. vtebatur.

† Concoꝛ. ca. ſi romanoꝝ. §. dicēdo. vbi dicitur dicendo ꝟbo oīa decretalia conſtituta nllā de decretalibꝰ ꝯſtitutiꝫ ꝑtermiſit. ⁊ glo. in ver. dicēdo. ibi arg. ꝙ ꝟbo gnāli oīa debēt cōpꝛehēdi. di. xix.

Qꝫ ſi in

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Qui ſi in codicibus.repetit vt addat.
b ¶ Membraneis.i.libros ſcriptos in mẽbranis.q.d.non inceratos et eboreos:ſed ſtatim corrigit conſequenter ⁊c. vt omnes contineantur in dubio ſi pro libris eis vtebatur teſtator: niſi contraria probetur voluntas vt hic.⁊.j.proxi.§.forte enim paterfami.pauper tabulis cereis vtebatur pro libro.

y ¶ Sed et membrane.ſcripte. Vel dic etiam non ſcripte ſi talis appareat defuncti voluntas.vt.j.de aur.et argen.lega.l.argumento.§.penulti.in fi.§.
z ¶ Continebuntur.vt et.ſ.§.proxi.in fi.niſi alia fuerit voluntas defuncti.vt.j.de auro et argen.lega.l.argumento.§.pe.item ſecus in argento.vt.j.de auro.⁊ argen.lega.l.⁊ ſi non ſint.§.qd ergo.

c ¶ Xlviij.nota qt libros fecit homerus.
d ¶ Legatum.id eſt libri ab eo facti.
e ¶ Quantecunqꝫ.ſic.ſ.titu.ij.l.ſi ſeruus.§.qui quinqꝫ.
f ¶ Hodie.tempore mortis in bonis defuncti.
g ¶ Bibliothecas.armarium vbi libri reponuntur.vt.ſ.de contrahen.emp.l.labeo.
h ¶ Contineri.ſcilicet libris legatis.no.pro materiato materiam poni.
i ¶ Puris ſcripſit.ſcilicet tacite vbi non debeãtur libris legatis: cum enim dixit ſcriptis deberi: innuit qꝫ nõ ſcripte nõ debebuntur.Accur.
k ¶ Utputa ſi quis.ſcilicet ſtudioſus ſtudioſo: quod eſt.j.
l ¶ Libros deberi.immutatur ergo appellatiuuꝫ: ⁊ ſic eſt contra.ſ.titu.ij.l.iiij.Solu.ſi id qd ſenſit teſtator pꝛſus extraneuꝫ eſt ab eo quod expreſſit nil debetur:vt ibi vbi vero coaptari poteſt ratione conſuetudinis alicuius loci:ſecus eſt ſm Jo.vt hic.⁊.j.e.§.fi.et eodẽ modo ſoluitur.j.de reb⁹ du.l.in ambiguo.

† Concor.glo.in ꝑ.p poſuit.circa mẽb.ibi:non eſt recedẽdum a ſignificatiõe ꝟboꝛũ: niſi cũ cõſtet teſtatorẽ aliud voluiſſe.ca.ex lris.extra de ſpon.⁊ mri.

m ¶ Quid ergo.al's quid ergo:al's ſi quis ergo:al's ⁊ ideo ſi quis.
n ¶ Non continebunt.qꝛ appellatione chartarum ꝯtinent que de bombice ſunt vt hic:ſed hanc interpretationẽ nõ admittit.R.in nr̃is eloquijs: cum membranas noſtro vſu tantuꝫ chartas dicamus: qui vſus omni regule omniqꝫ conſtitutioni in exaudiẽdis ſermonibus derogat ſolus:qui quoniam ſit magis facti nulla iuris conſtitutione mutari poteſt:tam ceteris ꝙ priſciano et horatio noſtri eloquij auctoribus in hac re inuocatis teſtibus.Ro.
o ¶ Materie.vt eboree ⁊ ceree.
p ¶ Scribi.ſcꝫ cõtinetur appellatio chartarum.
q ¶ Et nõ puto.ſic ꝙ libri cepti nec appellatione chartarũ nec appellatione libroꝝ continent: ſec⁹ ſi legeẽ argentũ fractum.vt.j.de aur.⁊ arg.le.l.⁊ ſi nõ ſunt.§.quid ergo.

erit dicendum: qꝫ ſi in codicibus[a] ſint membraneis[b]: vel chartaceis: vel etiam eboreis / vel alterius materie: vel in ceratis codicillis an debeantur videamus.et gaius et caſſius ſcripſerunt deberi et membranas libris legatis: conſequẽter igitur cetera quoqꝫ debentur ſi non aduerſetur voluntas teſtatoris.

☞ In dubio appellatio libri intelligitur de vno volumine: non de libris numeralibus per quos volumen diuiditur.hoc dicit Bartolus.

¶ Si cui.c.libri ſint legati.c.volumina ei dabimus: non centum que quis ingenio ſuo metitus eſt que ad libri ſcripturam ſufficerent: vtputa cum haberet homerum totum in vno volumine non quadragintaocto[c] libros computamus: ſed vnum homeri volumen pro libro accipiendum eſt.

☞ Heres librum legatum non tenetur facere compleri.hoc dicit Bartolus.

¶ Si homeri corpus ſit legatum[d] et non ſit plenum: quantecunqꝫ[e] partes hodie[f] inueniantur/debentur.

☞ Libris legatis non continentur ea in quibus libri reperiuntur.hoc dicit Bar.

¶ Libris autem legatis bibliothecas[g] non contineri[h] † ſabinus ſcripſit: idem et caſſius: ait enim mẽbranas que ſcripte ſunt contineri legatis: deinde adiecit: neqꝫ ſcrinia / neqꝫ armaria/ neqꝫ cetera in quibus libri conduntur deberi.

☞ Libris legatis charte non ſcripte nõ continentur:⁊ chartis legatis non continentur libri niſi aliter voluntas eſſet ineffícax.Item legato chartarum non continẽtur membrane nec econuerſo.Bartolus.

¶ Quod tamen caſſius de membranis puris[i] ſcripſit verum eſt: nam nec charte pure debentur libris legatis: nec chartis legatis libri debebuntur: niſi forte ad hoc nos vrſerit voluntas: vtputa ſi quis[k] forte ſic reliquerit:chartas meas vniuerſas/q nihil aliud ꝙ libros habebat:ſtudioſus ſtudioſo: nemo enim dubitabit libros deberi[l]. nam et in vſu pleriqꝫ libros chartas appellant. Quid ergo[m] ſi quis chartas legauerit puras; membrane non continebuntur[n]: neqꝫ cetere ad ſcribendum materie[o].

☞ Libri cepti ſcribi non continẽtur appellatione librorum: ſecus ſi ſunt bene conplete ſcripti non tamen correcti vel miniati.hoc dicit Bartolus.

¶ Sed nec cepti libri ſcribi[p]: vnde non male queritur ſi libri legati ſint: an non contineantur nondum perſcripti: ⁊ non puto[q] contineri non magis ꝙ veſtis appellatione nondum detexta[r] continetur: ſed perſcripti[s] libri nondũ malleati[t] vel ornati[v] continebuntur: proinde et nondum conglutinati[x] vel emendati continebuntur: ſed ⁊ membrane[y] nonduꝫ cõſute continebuntur.

☞ Legato materiato non intelligitur legata materia.hoc dicit Bartolus.

¶ Chartis legatis neqꝫ papirum ad chartas paratum / neqꝫ charte nondum perfecte continebuntur[z]. ¶ Sed ⁊ ſi bibliothecam legauerit vtrum armarium ſolum[a] vel armaria continebuntur: an vero libri quoqꝫ contineantur: queritur. et eleganter nerua ait. intereſſe quid teſtator ſenſerit. nam et locum ſignificari bibliothecam[b] ſicuti dicimus in bibliotheca[c] eſt: et al's armarium: ſicuti dicimus eboreã bibliothecam emit / al's libros: ſicuti dicimus bibliothecam emiſſe[d]. Quod igitur ſcribit ſabinus libros bibliothecam non ſequi[e]: non per omnia verum eſt[f]. nam interdum armaria quoqꝫ debentur: ſicuti dicimus bibliothecaꝫ que[g] pleriqꝫ bibliothecas appellant. ¶ Plane[h] ſi mihi proponas adherentia[i] quoqꝫ eſſe membranarum armaria: vel affixa ſine dubio[k] non debebuntur[l] cum edificij portio ſint. Quod i bibliotheca tractauimus[m]. ¶ Idem pomponius libro.vj.ad ſabinum in dactiliotheca[n] legata tractat: et ait anulos quoqꝫ contineri nõ ſolum thecam[o] q̃ anulorum cauſa parata ſit: hoc autẽ ex eo coniectatur[p]: qꝫ ita proponitur quis legaſſe dactiliothecam meam et ſi quos preterea anulos habeo: et ita labconẽ quoqꝫ eſtimaſſe[q] ait. Sunt tamen quedam que omnino[r] legatum ſequuntur et vt lectum[s] legatum cõtinet et fulcra[t]

a ¶ Solum.Scilicet ſine liberis.
b ¶ Bibliothecam.⁊ ſub audi per.
c ¶ In bibliotheca.id eſt ſacriſtia.
d ¶ Emiſſe.ſic ponit.ſ.de ꝯhen.emp.l.labeo.
e ¶ Non ſequi.i.vt legãdo libros non videatur legaſſe bibliothecam qd ſabinus dixit.ſ.ea.l.§.libris autem.et ſm hoc planum eſt quod ſequitur.Alij dicunt ſabinuꝫ al's dixiſſet et intellexiſſe: vt legando bibliothecaꝫ non videatur legaſſe libros: et ita eſt hic fallacia amphibologie: vt verum eſt panem comedere canẽ.nam licet bene diceret ſabinus: tamen hec littera non portat hunc ſenſum propter verbum quoqꝫ quod eſt ſtatim.
f ¶ Verum eſt.Scilicet cum mens teſtatoris ſit in contrarium: vt appellatione librorũ contineatur armariuꝫ ſm primũ. Vel dic vt appellatione bibliothece cõtineantur libri ſm Ir.nec obſtat.ſ.de leg.i.l.iiij.quia ſol.ſ.ea.l.§.libris.
g ¶ Que.ſcꝫ armaria.
h ¶ Plane.pro ſed.
i ¶ Adherentia.ſolo vel edificio domus vel affixa: vt ſubijcit.
k ¶ Sine dubio.ꝙuis in ſupradictis poſſit dubitari.Accurſius.
l ¶ Non debebuntur.ſcꝫ cum legantur libri.
m ¶ Tractauimus.vt libris legatis videatur bibliotheca legata ſi hoc teſtator voluit.vt.ſ.§.ſed ⁊ ſi bibliothecam.
n ¶ Dactiliotheca.vas vbi anuli reponuntur vt ſubijcit: legatis ergo anulis ⁊ vas videtur legari ſi hoc voluit teſtator.
o ¶ Thecam.i.dactiliothecaꝫ vt dixi qd eſt vas.vt.j.de penu le.l.iij.in fi.
p ¶ Coniectaẽ.i.cõiecturaẽ vel pſumiẽ qꝫ pars in toto contineatur.
q ¶ Eſtimaſſe ait.ſ.pompo.al's nõ dictur⁹ niſi in caſu propoſito cuꝫ addiderit.⁊ anulo ⁊c.nec eñ regulariter id dixit pomponi⁹.⁊ facit.j.l.proxi.

r ¶ Detexta.que ſit hec:dic vt.j.de aur.⁊ argen.le.l.veſtimentum.
s ¶ Perſcripti.i.in totum ſcripti.
t ¶ Malleati.i.aſſeribus incluſi.
v ¶ Ornati.i.cinapriati vel capitulati.
x ¶ Conglutinati.i.ligati ſcripti tamen.

r ¶ Omnino.lꝫ nõ ſit certa mens teſtantis: ſed in ſuperioribus aliud eſt.
s ¶ Ut lectum.hic ponitur in neutro genere: al's in maſculino.vt.ſ.de peri.⁊ commo.rei ven.l.lectos.
t ¶ Fulcra.id eſt ornamenta lecti ſm Hug.⁊ facit.j.de acquir.re.domi.l.ſed ſi de meis.§.j.

UNIVERSIDAD

a ¶ Armarijs.ſcꝫ legatis.
b ¶ Et vinculis.ſcilicet legatis: ſm hoc dicit de vinculis quibus homines vinciuntur: qui cum clauaturis et clauibus firmantur vt in cyphis videmus: ſed al'as deeſt et.⁊ eſt vincula ⁊ cla.⁊c. Et ſm hoc dic vincula quibus firmantur armaria: id eſt ſere et clauature ⁊ quibus clauduntur oſtia: al'as eſt loculis id eſt vaſis qui clauibus firmantur. Accur.
c ¶ Cedunt . acceſſionis potius iure ꝙ ex ſignifitionis verbi natura ſm Rog.

Argēto. ¶ Caſus. Legaui tibi argentum meum: certe nō continentur arce in quibus erat repoſitum: ſed et anulis legatis non cōtinentur dactiliothece in quibus anuli reponuntur. Viuia.
d ¶ Arculas. paruula arca vbi ponitur argentum: vt.j.de penu leg.l.iij.in fi.
e ¶ Non pertinere. niſi mens teſtantis ſit cōtra. ar.ſ.l.proxi.§.ſed ⁊ ſi bibliothecam.

Si tibi pure legaueſo. ¶ Caſus. Legaui tibi centuꝫ pure: poſtea ita dixi hoc amplius ſi nauis ex aſia venerit heres meus tibi funduꝫ det: certe propter hoc verbum amplius: repetita videntur a ſecundo legato fundi centum primo legata. vnde etiam centuꝫ debebuntur tibi ſub conditione ꝗbus forent primo pure legata: poſtea ponitur leue ſimile. Sed pone ꝙ legaui titio quinqꝫ: et poſtea ita dixi ſeio hoc amplius fundum lego: certe ſeius habebit non ſolum fundum/ ſed etiam alia quinqꝫ: et hoc propter dictum verbum hoc amplius. et hoc dicit Viuianus.

⁊ armarijs[a] et vinculis[b] clauſtra et claues cedunt[c].

**Paulus. Lex.lj.**

Argento legato conſtat arculas[d] ad legatarium non pertinere[e]. Item anulis legatis dactiliothece non cedunt.

☞ Dictio hoc amplius precedentiū repetitionem inducit.h.d. Bar.

**Paulus. Lex.lij.**

Si tibi pure legauero: deindepoſtea ſcripſero ita hoc amplius ſi nauis ex aſia venerit heres meus ei fundum dato: verius eſt eo verbo hoc amplius ſuperiora repeti[f] ſicuti dicimus lucius titius plebi quina milia dedit: hoc amplius ſeius: huiuſcemodi[g] ratione quina quoqꝫ ſeium dediſſe intelligimus: ſed et ſi titius[h] acceperit quinqꝫ: ſeius hoc amplius fundū: ſeium quinqꝫ q̊ꝫ accepiſſe intelligimus[i].

☞ Appellatione ligni legati continetur lignum comburendi cauſa paratum a terra ſeparatum ſpeciali nomine nō ſubmiſſum niſi voluntas teſtatoris vel eius conditio aliud induceret. hoc dicit tota.l. ſm Ja.de are.

**Vlpianus. Lex.liij.**

Ligni appellatio nomē generale eſt: ſed ſic ſeparatur[k] vt ſit aliquid materia/ aliquid lignum[l]: materia eſt que ad edificanduꝫ fulciendumqꝫ neceſſaria eſt: lignum quicquid comburendi[m] cauſa paratum eſt: ſed vtrum ita demum ſi conciſum ſit/ an et ſi non[n] ſit: ⁊ quintus mutius lib.ij. refert: ſi cui ligna legata eſſent q̄ in fundo erant: arbores quidem materie cauſa ſucciſas non deberi: nec adiecit ſi non comburendi gratia ſucciſe ſunt ad euꝫ pertinere: ſed ſic intelligi conſequens eſt. ¶ Offilius[o] quoqꝫ lib.v.iuris partiti ita reſcripſit. Cui ligna legata ſunt ad eum ligna omnia pertinere que alio nomine non appellantur: veluti virge/ carbones/ nuclei oliuarum/ quibus ad nullā aliam rem niſi ad comburendum poſſit vti: ſed holani[p] vel ſi qui alij nuclei[q]. Idem[r] lib.ij.negat arbores nondū conciſas[s] niſi que minutatim conciduntur videri ei legatas cui ligna legata ſunt. Ego[t] autem arbitror hoc quoqꝫ ligni appellatione contineri: quod nōdum minutatim ſit conciſum: ſi iam ad concidendum[v] fuerit deſtinatum: proinde[x] ſi ſiluam huic rei[y] habebat deſtinatam/ ſilua[z] quidem non cedet: deiecte[a] autem arbores lignorum appel-

f ¶ Repeti. ⁊ etiam conditio vt in contrario caſu.vt.j.de condi.⁊ demō.l.auia.ſm.H.ſed.R.dixit hic non intelligi repetitā conditionē niſi aliquibus appareat coniecturis.vt.j.eo.l.non aliter.Accur.
g ¶ Huiuſcemodi.i.propter illud verbum hoc.Azo.
h ¶ Titius.ecce tertium exemplum.
i ¶ Intelligimus.Id eſt intelligere poſſumus ſi ea mens loquentis appareat: ceterum non eſt talis perpetuus intellectus ſm.R. pro quo eſt j.eo.l.non aliter.⁊ ſic ſoluitur contrarium.ſ.de lega.j.l.ſi ſeruus legatꝰ.§.ſi ita.Sed tu dic aliter vt ibi no.⁊ facit.ſ.eo.l.ſi ſit.⁊.j.de dot.pre.l.quita.⁊.ſ.titu.ij.l.legata inutiliter.

Ligni appellatio. ¶ Caſus. Lignum aliud dicitur materia ad edificandum parata. aliud lignum cauſa comburendi paratum: ſed vtrū videt' eſſe lignū ita demū ſi conciſum ſit: an etiam ſi non ſit conciſum. et certe arbores materie cauſa ſucciſe non continentur appellatione lignorum legatorum. et hoc dicit quintus mutus: nec adiecit dictus quintus mutius pertinere ligna ad eum cui legata ſunt: ligna etiam ſi non ſint ſucciſa cauſa comburendi ſed tantum ad comburendum parata et non ſucciſa. Sed offilius dixit conſequens eſſe ſic intelligi/ vt ad eum pertineant: cuius offilij verba ſunt hec cui ligna legata ſunt ad eum omnia ligna pertinere que alieno nomine non appellantur: etiam ſi non ſucciſa dum tamen ad comburendum parata: alieno autem nomine appellantur. ſicqꝫ appellatione lignorum legatorum non continentur virge/ carbones/ nucleium oliuarum ſed ⁊ holani: ⁊ ſi qui ſint alij nuclei ꝗbus eis non poſſit vti legatarius cui legata ſunt ligna ad vllum alium vſum niſi ad comburendum. Item negat dictus offilius ei cui ligna legata ſunt videri legatas arbores nondum conciſas: niſi que minutatim ſunt conciſe: ſed ⁊ ſi non minutatim ſunt cōciſe/ ſed ſunt ad concidendum deſtinate videntur legate. Quid ſi ſiluam habebat teſtator deſtinatam ad comburendum ⁊ legaui titio ligna? certe ſilua legato non cedet: ſed arbores deiecte in dicta ſilua ſic. Quod autem dictū eſt lignorum appellatione contineri illud quod eſt paratum cauſa comburēdi verum eſt ſiue ad balnei calefactionem ſolebat vti teſtator/ ſiue ad calefactionem dictarū hypocauſtorū: ſiue ſolebat vti ad coquendū calcē ſiue ad aliam rem coquendā. Sarmenta autē nō continent' appellatione lignorū niſi hoc teſtator voluerit. nam tūc continebūtur ⁊ ſarmēta/ ⁊ virgule/ ⁊ germina/ ⁊ ſupputamēta materiarū/ ⁊ ſtirpes ⁊ radices vitium. In quibuſdam etiam regionibus continent' appellatione lignorū herbule quedā ⁊ ſpine et vepres: ſicut eſt in egypto vbi arundine p ligno vtuntur: ⁊ vbi arūdines ⁊ papirum comburunt'. naꝫ ⁊ boues de egypto appellant lignuꝫ nauem q̄ ducit ligna de paludibus. Itē in ꝗbuſdaꝫ alijs prouincijs vtuntur boues ad comburendum editu.i.ſtercora boum.⁊ ideo ibi ſtercus boū continet' appellatōe lignorum. Sꝫ pone ꝙ lignū eſt paratum a teſtatore ad carbones conficiendos: certe nō cōtinebit' appellatione lignoruꝫ: neqꝫ carbonū: nec etiaꝫ titiones: nec alia ligna cocta ne fumū faciant: nec ſulfurata de ligno: nec ea que ſunt parata ad faces: niſi teſtator hoc voluit. Pine autem ex quibus nuclei ſunt extracti bene continent' lignorum legatoruꝫ appellatione: pali ⁊ pertice nō cōtinent': quia ſunt in numero materie.h.d. cū.l.ſeq. Viuia.

k ¶ Separat'. a ſapiētibꝰ propter diuerſos vſus.
l ¶ Aliquid lignum. nomē generis imponit' ſpeciei.ſic.ſ.de adop.l.ij.§.j.Accurſius.

Generis nomen q̄n qꝫ ſpeciei imponit'.

m ¶ Cōburendi cā. principaliter vt cōbuſtio prima et ſola parandi cauſa fuerit. Rog.
n ¶ Si non. al's eſt ſiue: ⁊ tunc dic ſi pro q: vel proprie: ⁊ qđ ſubijcit ad eū ſcꝫ heredē: al's ſine non: ⁊ dic tunc ad eū.ſ. legatarium: ſed habetur pro dicto vt ſubijcit. Accur.
o ¶ Offilius.alio nomine: ſcilicet ſpeciali qualia ſunt virge ⁊c. nam habent ſpeciale nomen: ⁊ ideo nō continentur appellatione ligni: licet ad nil aliud valeant niſi ad comburendum. Sed contra.j.eođ.§.offilius. vbi virge ⁊ ſimilia continentur. Sed ibi ſpeciale ratione prouincie vnde erat teſtator.argu.j.ea.l.§.lignorum.ſed.R. diſtinguebat an erant ad alium vſum apte: vt ad faces vel ad plantandum ſalictum. vt.j.ar.fur.ceſarum.l.iij.⁊ tunc non continentur: vt hic.an nō: ⁊ tūc ſic vt ibi. cui obſtat quod hic dicit quibus ⁊c.ſed ipſe refert ad ligna ⁊ non ad proxime dicta quibus ſcꝫ lignis ⁊c.⁊ facit ad totam hanc legem.j.de verb.ſignifica.l.carbonum.
p ¶ Holani.i.nuclei fructuū illiꝰ arboris: ſicut nuclei oliuarū. Accur.
q ¶ Nuclei. ſcilicet non continentur cum proprium habeant nomen. vt j.de verbo.ſigni.l.carbonum.niſi al's ſit voluntas teſtatoris: vt.j.§.offilius.licet. R.dixerit ꝙ continentur appellatione lignorum ſm diſtinctionem premiſſam.
r ¶ Idē.ſcꝫ offilius: ſed al's eſt lex negat: al's.§.idem.lib.ij.negat ⁊c.
s ¶ Nōdum conciſas.i.a terra inciſas: ⁊ ſubaudi vel etiā inciſas a terra: ſed poſtea minutatim nō inciſas: ſic ergo tria exigebat offilius: vt arbor ligni appellatione contineatur.ſ.ꝙ ſit a terra ſeparata. Itē facto hominis. Itē ꝙ poſtea minutatim fuerit inciſa.
t ¶ Ego.ſcilicet vlpianus.
v ¶ Concidendum.fuerat tamen a terra ſeparatum: ⁊ ſic vlpianus primum curat: tertiū non curat dūmodo hoc teſtator facere deſtinabat: ſed nec medium curat ſcꝫ facto hominis vt ſequitur.
x ¶ Proinde.i.ergo ⁊c.
y ¶ Huic rei. incidendam: et minutatim incidendam etiam magnas arbores.
z ¶ Silua.ſi habes ſilua ſcꝫ non inciſa: non cedet legatario: q: non ſunt ligna dum terra aluntur: ſi vero habeas ſiluam: dic nō cedet legatarius eadem ratione quam dixi.
a ¶ Deiecte. licet non ſint conciſe facto hominis: ſed vi ventorum vel alio modo deiecte: in quo ſecus putabat offilius vt predixi. et dic ꝙ et hic minutatim incidere proponebat: vt et ſuperiori caſu quādo ab homine ſunt conciſe.

Comburendi.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

latione continebuntur: niſi aliud teſtator ſenſit. Lignis autem legatis quod comburendi[a] cauſa paratum eſt continetur: ſiue ad balnei calefactionem: ſiue dictarum[b] hypocauſtarū[c] ſiue ad calcez ſiue ad aliam rem coquendaz ſolebat vti. Offilius li.v. iuris partiti ſcripſit: nec ſarmenta[d] ligni appellatione contineri[e]: ſed ſi voluntas non refragatur[f]: etiam virge[g] et germina[h] ⁊ ſarmenta ⁊ ſupramenta materiarum[i] ⁊ vitiuz ſtirpes[k] atq3 radices continebūtur[l]. ¶ Lignorum appellatione[m] in quibuſdam regionibus vt in egypto vbi arundine pro ligno vtūtur ⁊ arūdines et papirum[n] comburunt: ⁊ herbule quedam vel ſpine vel vepres continebuntur: quid miruz[o] cum greci lignum hoc eſt naues lignorum ductrices appellant que hec[p] de paludibus deducunt in quibuſdam prouincijs[q] ⁊ editu[r] boum ad hanc rem vtuntur. ¶ Si lignum ſit paratū ad carbones coquendos[s] atq3 conficiendos: ait offilius. lib.v. iuris partiti carbonum appellatiōe huiuſmodī materiam nō contineri: ſed an lignorum? et fortaſſis quis dicet nec lignorum: nec enim lignorum gratia hec teſtator habuit[t]: ſed ⁊ titiones et alia ligna cocta[v] ne fumum faciant vtrum ligno an carboni an ſuo generi annumerabimus? et magis eſt vt propriuz genus habeant. Sulphurata[x] quoq3 de ligno eque eandem habebunt diffinitionem. Ad faces q3 parata non erunt[y] lignorum appellatione comprehenſa: niſi hec fuerit voluntas: de pinu autē integri ſtroboli[z] ligni appellatione continebuntur.

Paulus. Lex.liiij.

Pali[a] et pertice in numero materie redigendi ſunt et ideo lignorum appellatione non continebuntur.

☞ Cui eſt legata materia non eſt legatū materiatum. Bar.

Pomponius. Lex.lv.

Seruius[b] reſpondit cui omnis materia legata ſit ei nec archam nec armarium legatum eſſe.

Vlpianus. Lex.lvi.

Cum vxori ſue quis ea que eiuſ cā parata ſunt legaſſet: deinde q̄reret[c] cuz is[d] purpuras comparaſſet in ꝓuincia necdū tn̄ aduexiſſet[e]: reſcriptum eſt ad mulierem purpuras pertinere.

☞ Legato inſtrumentorum cōtinentur nomina debitorum. Bar.

Iulianus. Lex.lvij.

Qui chyrographū legat nō tantū de tabulis cogitat/ ſed etiam de actionibus[f] quaruz probatio tabulis continetur: appellatione enim chyrographi vtinos pro ipſis actionibus palam eſt: cū venditis[g] chyrographis intelligimꝰ nomē veniſſe: q̄ etiam ſi nomen quis legauerit id qđ in actionibus eſt legatū intelligit. †

Vlpianus. Lex.lviij.

Cum quereretur agni legati quatenus viderentur[h]: quidā aiebant agnū dūtaxat ſex menſiuz eſſe: ſed verius eſt eos legatos eſſe qui minores anniculis eēnt[i]. ¶ Seruis ⁊ ancillis vrbanis

a ¶ Comburendi. ſcilicet principaliter non etiam per medium. Jo. puta faces. vt.j.§.pe.
b ¶ Dictarum. in aulis vbi ſtant domini ad ignem.
c ¶ Hypocauſtarum. vbi ſtant egroti qui quādoq3 indigent igne: vt argu.§.man.l.ſi quis mihi.
d ¶ Nec ſarmenta. vulgare tuſcorum: quod inciditur de vitibus in capite quando putantur. Accurſius.
e ¶ Contineri. ſi ad alium vſum ſit ꝙ ad comburendum ſm̄ Rog. quod reprobauit.§.in.§. offilius.
f ¶ Non refragatur. Vel quia non ſint ad alium vſum ſm̄. R. vel quia ſit conſuetudo illiuſ terre vt eis vtātur pro lignis ſm̄ nos. vt.j.§.proximo. Accurſius.
g ¶ Virge. Al'as virge. al's virgule.
h ¶ Germina. id eſt pedamenta iuxta alias arbores. vt.§.ſolu.matri.l. diuortio.§.ſi fundum.
i ¶ Materiarum. quas vocant bononie amanidos.
k ¶ Stirpes. ſcilicet vetuſtas: et facit.j. arb.fur. ce.l.iij.
l ¶ Continebuntur.§.§. offilius contra. Solutio ibi.
m ¶ Lignorum appellatione. continebūtur herbule quedam ⁊c. in quibuſdam ⁊c.
n ¶ Papirum. id eſt iuncum: vnde fit papirꝰ ad lampades.
o ¶ Quid mirum. hoc eſt grecum quod lignum interpretatur: et ſic greci naues appellant lignuz.
p ¶ Que hec. ſcilicet ligna: ⁊ habent hic aliud grecum cuius ſenſus eſt in textu.
q ¶ Prouincijs. vt in vngaria et quibuſdam partibus hyſpanie.
r ¶ Editu. i. id quod boues comedunt: ⁊ poſtea ſtercorant: et eo vtuntur ad ligna.
s ¶ Coquendos. puta ad fabricam vbi prius minutatim inciduntur ligna. Accurſius.
t ¶ Teſtator habuit. ſicut nec appellatione librorum charte continentur vel alterius materiati alia materia. vt.§.eo.l.librorum.§.ſicut.⁊.j.eo.l.ſeruus.
v ¶ Cocta. Forte in furno.
x ¶ Sulphurata. ſic fit quando in caſtro proijcitur ignis: id eſt titiones ſulphurati.
y ¶ Parata non erunt. licet per medium ad comburendum ſint parata: et hec fiunt maxime in alpibus. Accur.
z ¶ Stroboli. al's troboli qui vulgariter pigne vocantur: ſed hoc accipe quando nuclei ſunt extracti. et facit.j.de verbo. ſignifica.l. carbonum.§.fina. Accurſius.

a Pali. Facit.j.de verborum ſignificatione.l.pali.⁊.§.de act.emp.l.fundi.§.fina.

Seruius. ¶ Caſus. Ego legaui tibi oēm materiā meā: certe nō cōtinet archa vel armarium de materia factum. Viuianus.

b ¶ Seruius. facit.§.eo.l.librorum.§. quod tamen de membranis. ibi: nec chartis ⁊c.

Cum vxori. ¶ Caſus. Legaui vxori mee ea que eius cauſa paraui: me mortuo petebat ipſa ab herede meo vt daret ei quaſdam purpuras quas ego viuus exiſtens vel procurator meus emeramus in ꝓuincia nec mortis mee tempore apportaueramus domum quas quidē purpuras ego deſtinaueraz aſſignare dicte mee vxori cauſa vſus ſui: certe tenetur ei dare heres meus. Viuia.

c ¶ Quereretur. ſcz quid iuris ſit.
d ¶ Cum is. al'as cum is: et al'as cum vnus: et dic comparaſſet cauſa vxoris. Accurſius.
e ¶ Aduexiſſet. ſcilz purpuras ad mulierem ⁊ ſic nec aſſignauit: aſſignaturus tamen ſi viueret. vt.§.eo.l.ſi quid.⁊.l.itez legato.§. vtroq3. ⁊ facit.j.de aur. ⁊ argen.lega.l. cum quidam.

Qui chyrographū. ¶ Caſus. Habebam chyrographum ſiue inſtrumentum in quo cōtinebatur ꝙ titius debebat mihi centum: dictum inſtrumentuz legaui ſeio: certe video ei legare actiones quas habeo pro centuz contra dictum titium quarum actionum probatio continetur in dicto inſtrumento. nam ⁊ ſi vendidiſſem dicto ſeio dictum inſtrumentum. videor ei legaſſe nomen quod habeo cōtra titium: predictum ſz ſi hoc vſus fui verbo in legādo ſeio: lego ſeio nomen quod habeo contra titium: certe videor ei legaſſe ſimiliter centū predicta que continentur in actionibus quarum probatio continetur in dicto inſtrumento. Viuia.

f ¶ De actionibus. vt §.titulo.ij.l. ſeruum filij.§.eum.et.l.huiuſmodi.§.ſi ita.
g ¶ Vēditis. vt.C.de dona.l.j.⁊.C.que res pign. obliga.poſ.l.ij.⁊.j.de liber.leg.l.iij. in princip. Accurſius.

† Et q̄ reddit lr̄as ſuꝛ ſuo renūciare videt. vt extra de renū.c. ſane dilecto. cuz glo. ſup ꝟ. reddens. et fac ad hanc l.glo.j. in finalibꝰ ꝟbiſ in.c.corā dilecto. extra de of. dele.

Cum quereretur. ¶ Caſus. Legaui titio agnos meos certe cōtinentur legato omnes illi agni qui non habent adhuc annum. Sed pone ꝙ legaui titio ſeruos et ācillas meas vrbanos: certe non continentur legato agaſo ſiue mulio q̄ tunc erant ruſtico operi deſtinati: ſed continentur illi tantum ſerui ⁊ ancille quas ve ego teſtator habebam circa me cauſa mei cultus. Sed pone ꝙ legaui vxori mee lanam: et linum: ⁊ purpuram que eius cauſa paraui: modo queritur cum ego reliqueram in bonis meis multa et omnis generis lanam: vtrum vniuerſa lana ei vxori debeatur? Et dicitur ꝙ non. immo videtur ei legata lana in tanta quantitate tantum quanta mulieri ſatis eſſet ad annuum vſum: et idem de eo in lino et purpura: et hoc ad exemplum penus legate. nam ſi ego lego vxori mee penū et multas res in bonis meis reliqui que penus eſſent ex quibus omni anno vendere ſolitus eram / debebitur legatarię illud tantum quod ei et ſue familie erit quolibet anno neceſſarium et non plus. ¶ Predijs. Legaui titio predium meum titianum et ſeianum: et ea que eorum prediorum colendorum cauſa emi et paraui: certe ea videntur ei legata que ſunt parata cauſa eorum colendorum: puta aſinus qui erat a me in dictis fundis paratus vt apportaret ibi materias ad facienda edificia neceſſaria dictis fundis. Item oues quas paraueram cauſa ſtercorandi dicta predia et opilio qui cuſtodit dictas oues: non autem videntur ei legata ea que poſui in dictis predijs cauſa ornandi puta copiarij: nec ea que ibi impoſui cauſa tuendi et cuſtodiendi dicta predia puta ſaltuarij. Viuianus.

h ¶ Viderentur. ſcz legati.
i ¶ Eſſent. Niſi aliud ex conſuetudine regionis liqueat. vt.j. e. legatis.§.fina. Accurſius.

legatis agaſonem[a] mulionem legato nō contineri? Reſpond. eos enim ſolos in eo numero haberi quos paterfa. circū ſe[b] ipſe ſui cultus cauſa haberet.

☞ In his que quis ꝑmiſcue vtit illud videtur vxoris cauſa paratum qđ ad eius vſum annuū eſt neceſſarium. Bar.

Lana/lino/purpura vxori legatis que eius cauſa parata eſſent: cum multam lanā ⁊ omnis generis reliquiſſet[c]: querebatur an omnis debeatur? Reſpond. ſi nihil ex ea deſtinaſſet ad vſuꝫ vxoris: ſed omnis cōmixta[d] eſſet: non diſſimilem eſſe deliberationem[e] cuꝫ penus legata eſſet/et multas res que penus eſſēt reliquiſſet[f]: ex quibus paterfami. vēdere ſolitus[g] eſſet: nam ſi vina diffudiſſet[h] habiturus vſui ipſe et heres eius: tamen in penū omne[i] exiſtimari: ſed cū probaretur eū qui teſtamētuꝫ feciſſet parteꝫ penus vēdere[k] ſolitum eſſe: conſtitutū eſt vt ex eo quod ad annuū opus eſſet heres legatario daret: ſic mihi placet et in lana[l] fieri: vt ex ea que ad vſuꝫ annuum mulieris ſatis eſſet/ea ſumeret: non enim deducto eo qđ ad viri vſum opus eſſet reliquuꝫ videri vxori legatum eſſe: ſed qđ vxoris cauſa paratum eſſet.

☞ Que pertinēt ad ornatum vel cuſtodiam fundi non pertinent ad culturā. hoc dicit Bartolus.

Prediȷs legatis ⁊ que eorum prediorum colendoruꝫ cauſa empta parataqꝫ eſſent[m] neqꝫ topiarium[n]: neqꝫ ſaltuarium[o] legatum videri ait. topiarium enim ornandi[p]/ſaltuarium autem tuendi[q] cuſtodiendiqꝫ fundi magis ꝙ colendi cauſa paratum eſſet. Aſinū machinarium[r] legatum videri ait. Item oues que ſtercorandi fundi cauſa pararentur[s]. Item opilionē[t] ſi eius generis[v] oues curet.

☞ Mutatio artificiȷ ad officiū non mutat ſubſtantiā legati. Bar.

## Idem. Lex. lix.

Textoribus[x] omnib[y] qui ſui eſſent cum moreretur legatis: queſitum eſt an et is quē poſtea ex his hoſtiarium feciſſet legato contineretur? Reſpondi contineri: non enim ad aliud artificium[z] ſed ad alium vſum tranſductus eſſet.

☞ Maſculinū cōcipit femininū. Bar.

## Iulianus. Lex. lx.

Qui duos mulos habebat ita legauit: mulos duos q mei erunt cum moriar ſeio heres dato: idem mulos nullos ſꝫ duas mulas[a] reliquerat? Reſpōdit ſeruius deberi legatum: quia mulorum appellatione etiam mule cōtinentur † quemadmoduꝫ appellatione ſeruoruꝫ ⁊ ſerue plerūqꝫ[b] continētur. Id autem eo[c] veniet ꝙ ſemper ſexus maſculinus femininum ſexum[d] continet.

☞ Ubi perſonarum vel rerum idētitas eſt dictio item: inducit repetitionē precedētis qualitatis. Bar.

## Idem. Lex. lxi.

In repetendis[e] legatis hec verba que adȷci ſolent: item dare damnas eſto: ⁊ ad conditiones et ad dies legatorum eaſdem repetendas referri ſabinus ait.

☞ Calendarium continet nomina debitorum ⁊ pecuniam ad calendarium deſtinatam: ſiue calendarium legetur/ſiue a legato excipiatur. Bar.

## Affricanus. Lex. lxij.

Qui filium et nepotem heredes inſtituerat/certa pꝛedia queqꝫ in his mortis tempore

a Agaſonem. qui agit: id eſt ducit equos. vt. ſ. ſi quadru. pau. l. ſi. ſed mulio qui mulos: ⁊ dic ad opera ruſtica: alś ſecus. vt. j. e. l. ſeruus. §. muliones. ⁊ facit. j. de verbo. ſigni. l. vrbana.

b Circū ſe. ergo ⁊ mulio ſi ad vrbanā familiam fuerit deputatus.

c Reliquiſſet. i. in domū dimiſiſſet ad vſum vxoris ſpecialiter.

d Commixta. in cōmunem vſum.

e Deliberationem. ſcilicet huic qui ſequit cum penus ⁊c.

f Reliquiſſet. id eſt remanſiſſet in bonis.

g Vendere ſolitus. hoc autē in penu/legato nō cederet: vt. j. de penu le. l. nam quod. §. j.

h Diffudiſſet. id eſt infudiſſet vel miſcuiſſet in penum ita ꝙ totum erat in penu.

i Omne. licet videatur excedere modum. nam nil erat venale.

k Penus vēdere. ſi habes vendere dic ⁊ partē vſui tenere: ſi vero habeas pendere: dic id eſt in penu ponere: ⁊ ſubaudi partem vendere: erat ergo cōmixta venalis et vſualis. et ſic eligitur hec via: vt. j. de penu lega. l. nam quod. §. itē ſi quis. ⁊ facit. j. ti. j. l. ſi cui. ⁊. j. titu. ij. l. generali. §. vxori. ⁊. j. de auro ⁊ argē. le. l. pediculis. §. idem cum quereretur.

l In lana. que eſt in cōmuni vſu vt in queſtione propoſuit: et eſt ſpāle in lana ⁊ in lino q̄ appetūt mulieres: ſed aliud in ſeruis ⁊ alȷs ſpeciebus quę ſunt in promiſcuo vſu. vt ſ. eo. l. hoc legatuꝫ. §. pe. ⁊. l. itē. §. proinde.

Mulieres lanā ⁊ linū appetunt.

m Eſſent. repete legatis.

n Topiarium. Seruū.

o Saltuarium. Seruum.

p Ornandi. Purgat enim agrum ſpinis ⁊ euꝫ plantat et circuit ſepibus et foſſis.

q Tuendi. vt. ſ. de vſu ⁊ habi. l. ſi ita.

r Machinarium. qui portat neceſſaria machine que in fundo fiebat forte prope hoſtes poſito.

s Pararentur. ſecus ſi ad fructus. vt. j. de fun. inſtru. ⁊ inſtru. leg. l. de grege. Accurſius.

s Pararentur. ſcꝫ legata videri.

t Opilionē. id eſt cuſtodem ouium ſic dictus quia oues ferunt opes: vel quia earum vellere cooperimur. ⁊ facit. C. de verbo. ſig. l. ij. ⁊. j. eo. l. auibus. ⁊. l. ſeq. ⁊. j. de fun. inſtru. ⁊ inſtru. le. l. ſi ita.

v Generis. vt dixi: ſcꝫ cauſa ſtercorandi.

Textoribus. ¶ Caſus. Titius habens multos ſeruos textores legauit ſeio omnes textores qui ſui inueniantur cū morietur: poſtea vnū de dictis textoribus fecit hoſtiarium: ⁊ ita fecit eum tranſire de artificio ad officium aliud ſiue vſum puta ſtichum: certe non propter hoc minus continetur dictus ſtichus in dicto legato. Viuia.

x Textoribus. alś. l. alś. §.

y Omnibus. ſecus ſi non addidiſſet omnibus. quia tunc hec verba q ſui eſſent facerent conditionem. vt. ſ. ti. ij. l. vj. ſed certe ⁊ hic faciunt conditionem ad verbū ſui: non ad verbū textoribus.

z Artificium. tunc enim ſecum. vt. j. eo. l. legatis. §. j. ⁊. ſ. qui. mo. vſu fruc. amit. l. ſi cui.

Qui duos. ¶ Caſus. Titius habēs duos mulos ita legauit ſeio: ſeio lego duos mulos qui mei erunt cū moriar: poſtea dict⁹ titi⁹ alienauit dictos mulos: ⁊ tempore mortis inuenietur habere duas mulas tantum: certe ille due mule debentur legatario: quia appellatiōe maſculi continetur femininum. Viuianus.

a Duas mulas. forte poſt teſtamentum queſitas.

b Serue plerūqꝫ. vt. j. de verb. ſigni. l. deteſtatio. §. j. ⁊. l. inter ſtuprū. §. finali.

c Eo. id eſt ideo.

d Sexum. niſi in caſibus. vt no. ſ. tit. j. l. ſi ita ſit ſcriptum. in princi. et facit. j. de verbo. ſign. l. j. Accurſius.

In repetendis. ¶ Caſus. Inſtitui mihi titium heredem et ab eo multa legata reliqui et pure et in diem et ſub conditione. poſtea ei ſubſtitui ſeium: ⁊ ita repetȷ legata relicta a dicto īſtituto et a dicto ſubſtituto. Item damno te ſubſtitutum ꝙ ſi habueris hereditatem meaꝫ ex ſubſtitutiōe des ⁊ ſoluas ea legata que reliqui ab inſtituto. queritur nunquid ſubſtitutus habēs modo hereditatem meā ex ſubſtitutione teneatur preſtare dicta legata omnia pure? et videt ꝙ ſic. quia in repetendis ab eo legatis non fuit mentio facta de die vel conditione dictorum legatorum: dicitur tamen hic ꝙ ita et taliter tenetur preſtare ſubſtitutus legata ſic ⁊ relicta ab inſtituto fuerūt. Viuianus.

† Concor. glo. in ver. ſed cuꝫ eas. ibi: q2 l maſculino gn̄e cōprehēdit femininuꝫ. §. porro. c. indēnitatibus. ƀ elec. lib. vj.

e In repetendis. lego titio. x. ſub cōditione vel in diem. Item eidem vel alȷ eo amplius fundum. videor in ſecundo legare. x. et erit repetitio diei vel conditionis tam ad x. ꝙ ad fundum. vt. ſ. e. titu. l. ſi ſic. ⁊. l. ſi tibi pure. ⁊. j. de condi. ⁊ demō. l. auia. et. l. libertis omnibus. et. ſ. de condi. inſti. l. cum ſeruus. ⁊. j. titu. ij. l. codicillis. in princip. et per has. ll. ponitur hic caſus: niſi conditio eſſet talis que redderet ſecundū legatum inutile. vt. ſ. titu. ij. l. ſi quis a filio. j. ⁊ ij. reſpon. Sed quid ſi ſic dixerit: lego titio decem ſub conditione. Item ſeio fundum: an videatur conditio repetita? videtur ꝙ non: q2 non eſt repetitio legati ſcilicet eiuſdem: neqꝫ legatarȷ eiuſdem: nec eſt ibi illud verbum eo amplius vel ſimile: ſed hec lex eſt argumen. contra. Item facit. j. de condi. et demon. l. legatum. ⁊. j. de fun. inſtru. ⁊ inſtru. leg. l. iij. j. reſponſo.

Qui filium. ¶ Caſus. Titius inſtituit ſibi heredes filium ſuuꝫ nepotem ⁊ prelegauit nepoti predium titianum ⁊ ſeianuꝫ ⁊ ea que in dictis prediȷs erunt tempore mortis ſui teſtatoris: excepto kalendario quod erat in dictis prediȷs in quadam archa. i. excepto libro rationum debitorum teſtatoris ſicut legauit ei kalendarium predictum: ita et dicta predia et ea que in eis erant: poſtea tempore mortis teſtatoris fuit inuentum in dicta archa non ſolum kalendarium: ſed etiam pecunia numerata eidem kalendario deſtinata per teſtatorem: quam quideꝫ teſtator exegerat a quibuſdam debitoribus que continebātur in dicto kalen. vel aliunde habuerat ⁊ in dicta archa poſuerat nūquid dicta pecunia continetur legato ſicut ⁊ kalendarium? Et dicitur ꝙ ſic. ſicut et continentur in legato kalendarȷ predicti illa nomina que contraxit defunctus poſt dictum teſt. a ſe factuꝫ de pecunia quā exegit a quibuſdaꝫ de debitoribus qui in dicto kalendario continebantur: de quo quidem vltimo non eſt dubium: quia permutatio nominum nō perimit vel minuit fideicommiſſum. Viuianus.

Excepto

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Excepto calendario.quod alteri legauit: et ſic a legato nepotis ex-cepit. Uel dic ſm. R. q preter calendarium delegauit et hoc ſimiliter legauit.

b ¶ Uidebatur.⁊ recte:ſcȝ q non debeat nepoti ſm primuȝ caſum. Uel dic ⁊ male ſm alium:⁊ ideo ſtatim corrigit cum dicit ego autem ⁊c.

ſua eſſent nepoti p fideicom. dederat:excepto calendario[a]: mortis tpe in ea archa in qua inſtrumenta et cautiones debitoꝝ erāt: pecunia numerata inuēta eſt: pleriſqȝ videbatur[b] vix veriſimile eſſe vt teſtator de pecunia numerata ſenſiſſet:ego autem illud dignū animaduerſione exiſtimabam:cū quis calendarium preſtari alicui voluerit[c]:vtrum ne nomina dūtaxat debitorum preſtare voluiſſe ītelligendus eſt:an vero etiam pecuniam ſi qua ab his exacta eidē tamen calēdario deſtinata fuerit: ⁊ magis puto quemadmodum ſi exacte pecunie ⁊ rurſus collate eſſent permutatio nominū non perimeret vel minueret fideicōmiſſum: ita ipſe quoqȝ pecunie ſi ab hoc calendario.i. nominibus faciendis deſtinate eſſent/ eidem fideicommiſſo cedere[d] debeāt: qn etiam illud quoqȝ putem defendi poſſe:vt non modo a debitoribus exacte pecunie:ſed quacunqȝ de cauſa redacte eidem tamen rationi fuerint deſtinate/ fideicommiſſo cedant.

☞ Negociatores dicuntur qui cuȝ aliīs contrahunt: ſecus in eis qui exercent aliquod officium vbi contractus non immineret.Bartolus.

Marcellus. Lex.lxiij.

LEgatis ſeruis exceptis negociatoribus:labeo ſcripſit eos legato exceptos videri qui prepoſiti erant:negocīj exercendi cauſa: veluti qui ad emendum/ locandum / conducendum prepoſiti eſſent:cubicularios autem vel etiam obſonatores[e]: vel eos qui piſcatoribus ppoſiti ſunt non videri negociationis appellatione contineri: vt puto veram eſſe labeonis ſententiam.

☞ Artificium extinguit nomen officīj: non econuerſo.Bar.

¶ Si ex officio[f] quis ad artificium tranſierit[g] quidam recte putant legatum extingui[h] /quia officium[i] artificio mutatur: non idē ecōtrario[k]:cū lecticarius[l] cocus[m] poſtea factus eſt[n].

☞ Seruus cedit legato eius artificīj in quo plus verſatur.Bar.

¶ Si vnus ſeruus plura artificia[o] ſciat: et alīj[p] coci legati fuerint: alīj textores:alīj lecticarīj[q]: ei cedere ſeruum dicenduȝ eſt cui legati ſunt i quo artificio plerūqȝ verſabatur[r].

☞ Legatis ornatricibus cedunt ſcholares illius artificīj.Bar.

¶ Ornatricibus[s] legatis celſus ſcripſit eas que per duos tantum menſes apud magiſtrum fuerunt legato non cedere[t]: alīj[v] ⁊ has cedere: neceſſe ſit nullam cedere[x] cū omnes adhuc diſcere poſſint: et omne artificium incrementum[y] recipit:quod magis obtinere deberet:quia humane[z] nature congruum eſt. ¶ Pecoribus legatis caſſius ſcribit quadrupedes contineri q̄ gregatim paſcūtur[a].

c ¶ Uoluerit. Alīj q̄ nepoti ſm primū: vel nepoti ſm alium.

d ¶ Cedere debeant. duplici ergo ratione pecunia de qua querit nepoti debetur: tum quia in fundo cōtinetur: tum qȝ calendarium quod fuerat nepoti legatum cedit ſi ibi fuit deſtinata pecunia nominibus faciēdis: et hoc ſm ſecundam lecturam:ſm aliam dupliei ratione a legato nepotis exceptum videtur: et dicitur calēdarium liber rationum ſeu nominum eo q calēde terminorum ſunt ibi.⁊ facit.j. de adimen.leg.l.filio.§.fi.⁊.ſ. eo.l.vxorem.§.legauerat. et.j.titu.ij.l.generali.§. vxori.⁊.j.de fun.inſtru. ⁊ inſtru.le.l.nepoti.⁊.ſ. de her.inſti.l.ex facto.§. rerum.⁊.ſ.ti.j.l.gaius.⁊ C.de verbo.ſigni.l.ij.

Calēdariū quid ſit.

